



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 32. De modis quibus diuiditur census, ac de illius iusto pretio,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

censum perpetuum illam habeas. Istud Nauar. in Comment. De usuris, num. 88. ex 10 confirmat, quod si antequam tibi traderem pecuniam meam, potui ex ea emere a te censum; ratio non sit curid mihi non concedatur postquam illius usum tibi liberum per aliquod tempus reliqui. Similiter cum vendo tibi domum, aut predium, vel merces iusto pretio, sine fraude, vel dolo, & ex eodem pretio, quod non potes solvere, constituis mihi censum qualiter venderes numerata tibi pecunia; taliter quoque licite constitui, habetur ex eodem in sequenti num. 121. Et probatur, quia perinde est me tradere tibi domum valenter reuera centum, ac me numerare de facto centum. Adderet quod tunc virtute interveniant duo contractus, unus quo ego vendo tibi domum centum, alter quo emo a te censum quotannis solendum, scilicet annuum pensionem pro centum, que mihi solvere debebas in premium dominus a me tibi vendite.

S E X T U M D V B I V M E S T; an licitus sit contractus, vt pereunte re censu supposito maneat persona vendoris obligata ad solutionem pensionis annua: Ad quod responderetur, non videri de felicitum, cum sensu super re constitutus, alius sit ab eo qui super persona constituitur; neque obligatio unius inducat obligationem alterius, nisi speciali contra hentium censu (*id est in locis in quibus censu personalis est in y/u*) & remota omni fraude, numeratoque iusto pretio, quod utrique eidem censu in unum coniuncto, aquitaleat, habita scilicet ratione, quod tam unus, quam alter, sit unus vere estimabile pretio. Vbi aduerte obiter ex Nauar. in memorato Comment. num. 95. quod non solum censu totus peteat perempta re, cui est impositus, sed etiam pars pro rata pars perempta; quodque in hac re paria sint rem perire, & infraferam fieri.

S E P T I M U M D V B I V M E S T; an census constitutus super dominum, aut molendinum quod plane corruit, cesseret? Ad quod Nauar. in eodem Comment. num. 118. responderet, cessare. Et ratio est, quia corrumpere fundamento, perit res ipsa fundata; & pereunte subiecto, perit accidentis, quod in illo est. Quare & pereunte re, perit illius fructus. Quod procedit etiam si domus, aut molendinum deinceps restauretur, quia restauratum, etiam si ex eadem materia, erit diversum a priore. Quangum tanen si culpa vendoris res censu subiecta perierit, si tenebitur, vel premium census emptori restituere, vel nonum censu super restauratum, aut aliam rem constitutive.

O C T A V U M D V B I V M E S T; an census superne non idonea, nempe alii oneribus iam plus sati subiecta, vel fictitia, constitutus valeat? Ad quod in eodem num. 118. Nauar. responderet, non valere, quia illud reipsa a mutuo nihil differt, quo volentes ad usuram dare, facile vterentur; constituentes censum super prædia mutuatarij imaginaria, vel aliena. Vnde etiam sit, vt non possit census constitutus super re (*sue sit magis pretij, ut magnificum palatium, sue non*) cuius fructus non possit aquare annuam pensionem, quia ex ea parte naturam haberet mutuus, effector usuriarius. Nam, vt recte argumentatur Nauar. in precep. num. 79, qui emit censum super præmium quod non est aut non tantos prouentus adfert, quantus est ipse census, perinde commitit usuram, atque is qui emit prædia, aut pecora, quæ alter non habet, aut plura quam habet, & eidem alter illa locat pro annua pensione. Quod etiam docet Sylvestr. usur. 2. questione 6.

Nota autem ex eodem Nauar. in cit. num. 118. quod si quis censum antedicto modo constitutum emisset, totaque fraus esset ex parte vendoris, acceptam bona fide annuam pensionem non teneatur restituere, politique venditorum ipsum compellere ad restitutionem pretij, quod ei pro tali censu soluit. Ad quod facit quod ex lege Iulianus, ff. De actionibus empti, vendor orcelans virtus rei venditæ, teneatur emptori ad interesse. Non possit autem compellere ad solutionem futuram pensionis annua, ad quam non est ei quæsumus ius, quod in tali re constitui non potuit. Sin autem fraus esset quoque ex parte emptoris; vtpote qui sciuerit, vel suspicatus sit defectum, imputabitur ei totum interesse, cuius lēns, & volens se subiecerit, ex lege Si fundum, Cod. De cunctione.

N O N U M D V B I V M E S T; an licita sit constitutio census, facta auctoritate Iudicis condonantis unam partem

ad soluendum mille, vel annum censum, donec mille soluat? De hoc Nauar. in eodem Comment. De usuris, num. 99. rationes in utramque partem adfert, & tandem concludit, coram Deo, & quoad forum conscientiae illicitem esse constitutionem, si mens Iudicis, & partis viæ tricis fuit, ut altera pars obligaretur ad solutionem census annui pro vnu pecunia, ad quam soluendum condemnatur, quia id usurarium est. Non autem si mens fuit obligare ad soluendum eandem pensionem tanquam interesse, aut in poenam contumacia: & reuera in non soluendo, inueniatur interesse, aut conuincia.

D E C I M U M D V B I V M E S T; num census possit redimi ex parte; ita nimurum, ut tempore obligetur in conscientia accipere, quod ei offertur in redemptionem partis census; an vero possit recusare redemptionem, nisi premium totum simul ei reddatur; vt si hoc sit centum aurorum, & offerantur decem in redemptionem decimæ partis. Ad quod Nauar. in eod. Comment. num. 95. & 101. simpliciter respondet, posse libere in totum, & ex parte census redimi. Sed melius est cum distinctione dicere. Primo, posse in sensu apponi pactum, vt non redimatur per partes, sed totum simul. Secundo, etiam licite apponi posse pactum, vt non redimatur nisi per partes certe magnæ quantitatis; non aut per minimas, quia cuncto inde sentire potest graue damnum. Nam si centum quæ dedit, cogatur recipere per decim., & decem, aut alias minutæ partes, non erit ei integrum emere similem censum, sicut posset si centum ei simul restituenteruntur, quod est onus grave, ac damnum. Tertio, si pactum apponitur, vt census tantum redimatur restituto simul toto pretio, ipsum esse seruandum in conscientia, quia & est de communis consensu initium, & de se licitum, ut patet ex eo, quod pactum retrouendi de ita fieri soleat, vt res tota simul reuenerint, sicut tota simili emper fuit. Quarto, quando nullum adiectum est pactum, tunc emptorem non cogi in conscientia acceptare, premium redempcionis per partes, præsertim minutæ, quia in eo damnum & onus sentiret. Quinto, si ex partium consensu apponitur sit pactum, vt census per partes redimi possit, tunc posse emptorem cogi, ut accepte redempcionem per partes. Nec enim illicitum est tale pactum, ipsumque supponitur esse de communis partium consensu initium.

C A P V T XXXII.

De modis quibus dividitur census, ac de illius iusto pretio.

S V M M A R I V M.

- 425 Quinque varij modi quibus census dividitur.
- 426 Sententia negantium censum realem esse licitum.
- 427 Contrariam tenetam esse probatur.
- 428 Solvi potest census ex aliis fructibus quam rei in qua constituitur.
- 429 Solatio census assecurari potest in ordine ad casus fortuitos.
- 430 Duplex census personalis.
- 431 Difficultas; an census personalis; sit licitus, explicatur distinctione.
- 432 Ad iustum premium census non requiritur, vt quantitas summa pensionum, sit illi equalis.
- 433 Quodnam sit iustum census premium.
- 434 De pretio redempcionis census.
- 435 De premium census constituti ad certum annorum numerum.
- 436 De iusto pretio census personalis perpetui.
- 437 De iusto pretio census vitality.

Q U A S T I O III.

Quodduplex sit Census.

QUINQUE modis dividiti potest census. Primo, ratione modi quo constituitur, in reseruum & consignatum. Ille est cujus rem suam, v.g. præmium, vel dominum dat alteri, translatu illius dominio, tam directo, quam vili, reseruando sibi certam pensionem quotannis soluendā. Qui circa res temporales non annexas spiritualibus raro est in vili; itav

it autem non sit necesse in illo ea ratione considerando nos diutius immorari. Qui volet, legat Ludo. Molinam De iust. & iure tr. 2. dis. 381. & 382. Circa res spiritales annexas vero est satis frequens, vt cum beneficium Ecclesiasticum conceditur retenta pensione, quia consideratione spectat ad tractatum tertium sequentis libri 30.

Confignatus vero census est, cum quis retinet sibi rem suam, v.g. predium, vel domum, & solvit alteri pensionem confignatam, ac constitutam in eod. predio, vel domo hinc que circa res mere temporales est, vsu frequentissimus, de coquie instituitur praelens tractatio, & intelligenda est definitio ante proposita in questione i. ac traduntur sequentes divisiones.

Diuidi ergo potest secundo census ratione pensionis que solvitur, alius enim est pecuniarius, qui solvitur, in pecunia loco fructuum rei, quae ei subiectur, aliis fructuariorum, qui solvitur in fructibus ipsis. Itemque alius est, quo pensio solui debet in parte determinata, vt cum constitutetur vt solvantur tot aurei, tot gallinæ, tot dolia vini, tot modij frumenti, & aliis qui solui debent in quantitate incerta quidem, sed aliquota fructuum; vt cum constitutitur, vt tertia, quarta vel quinta pars fructuum perceprorum solvatur.

Diuidi potest tertio ratione rei in qua imponitur, vt alius sit realis; qui constitutitur in rebus, seu bonis immobilibus alicuius, aut quæ pro immobilibus habentur, vt iura, vel officia, quæ fructus annuos reddunt. Alius vero si personalis, qui constitutitur super aliquam personam priuatam, vel super communem, vt super Collegium, Conuesatum, vel Monoasterium, Ciuitatem, vel Rempub. Alius demum mixtus, qui constitutitur super rem, & personam immediatam personam maneat obligata, quantumuis res pereat.

Diuidi quarto potest ratione temporis quo solvitur pensio, quod alius sit perpetuus, cuius scilicet pensio perpetuo durat, & aliis temporalis, qui vel est ad tempus certum, vel ad tempus incertum: puta ad vitam alicuius, vnde vita dicitur.

Diuidi potest quinto ratione paeti, cum quo celebratur, quod alius sit redimibilis, qui constitutus est cum paeto, vt redimi queat. Alius irredimibilis, constitutus cum paeto, vt redimi nequeat. Redimibilis autem est potest, vel in favore venditoris tantum emptoris, vel in favore utriusque. Quod est redemptionem census aliquando in arbitrio tantum venditoris reliquam esse, aliquando in arbitrio tantum emptoris; & aliquando in arbitrio, tum emptoris, tum venditoris.

Notanda peculiariter de censu reali, & de personali, divisionis principia membra.

446.

NO T A N D V M E S T autem primo circa censem reali, quod Henricus Gaudenensis in quodlibeto octavo, quest. 24, nonnullique alii, quos referunt Couar. in lib. 3. variarum resolut. cap. 7. num. 2. & Sotus in libro 6. De iust. & iure, quest. 5. art. 1. & post virumque Molina in sepe memorato tract. ista 2. dis. 385. putarunt absolute vsuram esse censem de novo constitutum, quantumcumque constitutatur in predio, aut aliae immobili, quæ ad id sit specialiter obligata, si quidem anni redditus per partes recipiendi, excedant valorem pecunie pro censu ipso data. Ratio eorum fuit, quod sic pecunia virtualiter detur mutuo, per partes restituenda cum incremento, nec constitutio census in prædio, ad aliud seruat, quam vt primum ipsum sit tanquam pignus, aut hypotheca. Quod si census iam esset ante laicite constitutus, vt cum dominus prædij ex eo donasset aliquid annuum redditum, licite, inquit, illi, posset emi per aliquem tertium, quia reperiretur verum ius emptioni praexistentis, quod tangam merx ematur,

V erum communis sententia est in contrarium, nempe censem realem licite vendi posse, si pretium sit competens & iustum, secundum rationabilem loci consuetudinem. Hanc contra prædictos propugnat Medina in Cod. De acquisitionis per usuram, quest. 12. & locis citatis Sotus Courruias, & Molina plures alios in eam referens: quibus addit. Gregorium à Valent. 2. 2. dis. 5. quest. 22. puncto 1. Leon. Lefsum. De iust. & iure lib. 2. cap. 22. dubit. 3. & Ferdinandum Rebellum De obligat. iustitia par. 2. lib. 10. quest. 2.

Valery P. II. Tom. 2.

Patet autem, quia aduersariorum confessione postquam talis census iam est constitutus, licite emi potest; quare potuit & arte emi eodem pretio. Nec enim opus est vt merx praexistat emptioni: sed satis est, vt in spe sit quandoquidem pars ouium, & pisces qui sperantur ex iactu retium, & denique fructus qui sperantur ex vinea, vendiuntur licite, vt manifestum est. Praterea si titulo donationis, vt illi fatentur, quisque potest in his bonis constitueret ius percipiendi pensionis, cur non poterit etiam titulo emptionis, si que antiqui census vendi possunt, cur non & noui? nec enim lapsus temporis illos fecit iustos ex injustis si tales extirint noui.

Adhuc quod fructus ex prædio quotannis percipiendi, tandem excessi sint valorem pecunie, quæ in illius pretium datu, non impedit quominus licita possit esse emptionis, quo prædiu ipsu transeat in emptoris dominium tam directum, quam vtile. Nec enim iusta pretia rerum debent infinita esse, si non excedi nequeant. Quare nec potest impedire quominus licite id ipsum prædiu transeat in dominium tantum vtile emptoris, prout fit in censu reali. Et confirmatur, quia sicut valor fructuum, prout sunt in potentia prædiu, non efficit prædiu ipsum valoris infiniti (slo, possunt percipi in infinitum) ita nec efficit, vt pretio aliquo finito iuste emi nequeat ius illorum percipiendorum in perpetuum. Quod idem est ac constitui censem realem irredimibilem, siue perpetuum. Denique id aperte constat ex definitione Martini V. Calixti III. in Extraagantibus communibus, De emptione & venditione, qua declararunt auctoritate Apostolica, census eos, qui conditiones ibidem positas haberent eas in precedentium, 412. retulimus) esse iustos, & licitos, & debitores ad solutionem obligari.

NO T A N D V M est secundo, nihil referre quod census realis constitutur in prædio, aut alia re immobili, & pensio annua soluenda sit in pecunia cuius prædiu ipsum, aut alia res censi subiecta ferax non est, quia sufficit, vt reddat fructus qui sunt pecunia assimilabiles. Nec etiam refert quod censu statuatur reddendum in fructibus, qui percipi non possunt ex re in qua illi subiecta est, vt cum obligatio census est vt reddantur tot mensurae olei, aut tritici quotannis; & ille constitutus est in vinea. Ad cuius rei confirmationem induci potest, quod in memoratis Extraagantibus agatur de censi constituto in domo, qui aliter solvi non poterat, quam in pecunia, vel in aliquibus fructibus, quorum ferax dominus non est.

NO T A N D V M est tertio, nihil quoque refert si censu reali sit ematur, vt soluenda sit quotannis, siue prædiu in quo constitutus est, ferat quotannis fructus sufficiens, siue non, dummodo tamen ita sit fructiferum, vt causus sit fortuitus si non ferat sufficietes. Ratio est quia sicut cum mutuo, societate, & aliis contractibus, ita & cum censi reali coniungere licet luci ex eo sperati, contractum assecrationis in quibuscumque euentibus, & casibus fortuitis. Itaque si pretium datur iustum atento periculo quod in se suscipit, licitum est emere censem realem cum onere vt solvatur, siue prædiu super quo constitutus, fructus sufficienter quotannis reddat, siue non.

NO T A N D V M est quarto, censem personalem esse ducentem: unum mere personalem, cui nulla respondet obligatio realis, vt cum nulla res, sed sola persona eius illius solutioni obligata: alterum non mere personalem, in quo ultra personam est aliquid obligatum, non quidem tanquam res in qua constitutus, & ex qua debatur: sed tanquam hypotheca ad assecrationis solutionis illius. Inter eum autem, & censem realem est hoc discrimen, quod censu reali percutere in qua constitutus est, percitat, quia tantummodo in illa, & ex illa debetur. Censu vero personalis cum hypotheca non percitat, percutere hypotheca ipsa, quia ille non est in hac constitutus, sed in persona quæ vendidit, eiusmodi censem. Perit vero assecratio, ex qua debitore deficiente in solutione, eadem suppleretur, ad quemcumque res hypothecata perueniret salua.

NO T A N D V M est quinto, versari in controvërsia; an personalis censu sit licitus, quam pluribus auctoribus in utramque citatis tractat locis supra memoratis Lud. Molina, disput. 387. Rebellus quest. 3. & Leon. I. eiusdem dubit. quarta.

447.

428.

429.

430.

431.

Pro praxi autem nobis proposita sufficiet paucis monere; partem illius negantem habere locum, si talis sensus sic accipiatur, quia si emp̄tor illius acquirat ius in re super p̄sonām quae illum vendit, eo modo quo emp̄tor censuſ realis acquirit ius in re super p̄radīum in quo conſtituitur, quia talis persona vendit, feū redigī in ferūtūtem possit, non valens aliunde pensionem foluere, sicut in simili casū vendi potest, sibī in fūrpari res censuſ reali ſuppoſita, cum deſt comoditas aliter accipiendo pensionem in ea conſtitutam. Pro quo Nauar. in Comment. De vſuris num. &c. rationes adſert, & inter ceteras, quod tale quid sit in ſolens in Repub. Chriſtiana, & ideo tanquam nouum, & mali exempli repudian- dum; iuxta Cap. finale diſtingui. & Cap. Ex parte, De conſuetudine.

Affirmanti vero parti locum eſſe, quando p̄ſona in qua censuſ conſtituitur, talis eſt, vt velit, & poſit propria in- dūſtria, & opera parare ſibi vtilitatem aliquam, alterque emittit ius ad illius percepcionem. Id quod prater memoratos authores attingens paucis Gregor. à Valent. 2.2. diſput. 5. queſt. 22. punc̄to 2. idem probat, quia quando p̄ſona talis eſt, qualem dicimus, ei habet vere ius recipiendi ex pro- pria opera vtilitatem. Ergo vere habet aliquid quod poſſit alteri vendere. Conſimilatur, quia ſi nihil haberet tale, nihil eſt vnde ſuperiores exigerent tributa personalia; que tamen exactio ſep̄fit, & olim factam eſt habetur c̄ Deut. cap. 12. vbi p̄ceptum eſt filiis Iſrael, ut offerent primitias, & deciminas manuum ſuarum. Item ex libro 2. Eld̄a cap. ro. fideles conſtituerunt ſuper ſe annum reditum tertia partis ſic illad opus domus Dei. Accedit in Cap. Non eſt, De dece- mis; fideles iuberi decimas foluere ex operibus personali- bus, nimirum ex negoziatiōne, ex militiā, & ex venatione. Vnde ſatis intelligitur eſſe poſſe ius pretoſ estimabile, vtili- tam accipiendo ex p̄ſona fructifera, ſeu p̄ſorenti illam, opera, & in dūſtria ſua; atque adeo poſſe dari censuſ perso- nalem in tali iure conſistentem.

Q V A E S T I O . IV.

Quodnam ſit iustum pretoſ censuſ.

Ad eſtimandam iuſtitiam pretoſ censuſ duō documenta nota daſt. Prior eſt, ad eam non requiri, vt quanti- tas ſumma pensionum foluendarum ſit ipſi pretoſ equalis; quod ex communi Doctorum ſententiā traditum à Medina in Cod. De acquisitiōne per vſu am queſt. 12. Greg. à Valent. 2.2. diſput. 5. queſt. 22. punc̄to 5. referens, ratione addit, quia id quod propriæ, & per ſe vendit in empione censuſ, non eſt ipſa ſumma pensionum, ſicut temporibus foluendarum; fed ius pensiones aſdem recipiendi, quod per erupcionem ipſam emp̄tor acquirit, in eumque tranſ fertur ita ut eadem ſumma ſit quidem illud propter quod fit emptio, non ſit tamē il- lud quod emittit. Quocirca non eſt neceſſe, vt pretoſ fit æquale quantitatē ipſarum pensionum, ſed eſtimationi & valori memorati iuriſ. Quo fit vt mirum videri non debeat, certo pretoſ censuſ emi, quantumuſ nequeat pensionum accipiendo in posterum certus valor (vt nec numerus) aſsignari, ſicut p̄adīum certo pretoſ emittit, cum tamē fructuū ex eo percipiendorum in posterum ratione quo- rum emittit, perinde a censuſ, ratione penſi. num) certus valor nequeat determinari.

Pro confirmatione autem allati antecedentis fecit, quod emp̄tor censuſ, ſicut dat certum pretoſ, ita velit aliquid certum pro eodem ad ſe tranſferti; quale eſt p̄adīum ius; non vero pensiones ipſe, que ſunt inſcribit. Adde quod cum ſine inuſtitia, prout receptus vſu doce, pretoſ minus pro agro detur ſine ſcrupulo, quam ſit valor fructuū qui pro- babiliter ex eo ſperantur longo tempore. Itemque minus pro equo detur, quam ſit quantitas lucri quod ex conti- nual locatione p̄ſari poteſt, idemque communite ſiat in venditionibus ceterarum rerum, que non conſumuntur vſu. Adde, in quaui, negari non debere quin idem con- ſtant in empione censuſ, quo emittit ius aliquod in re, de nu- mero existens eorum que emittit ius aliquod in re, ſed vſu conſumuntur. Si opponas, tale ius non ob aliam cauſam pretoſ estimari, quam quod pensiones per ipſum percipi- enda aliquid valeant. Respondetur, neque p̄adīum quod

venditar, after pretoſ estimari, quā quia fructuū ex co- percipientur inde tamen non fieri, vt fructuū agri vendi, & emi dicantur in venditione agris, ſed dicitur ſolus ager.

Posteriori documentuſ eſt, iuſtum pretoſ censuſ eſt illud quod vel legē ſtatutum fuerit, vel iudicio proborum, ac prudentium viroſ ſunt tantuſ ſtimatum fuerit, quanto iuſ ſi p̄cipiendi annua pensionem, attenta conditione rei in qua censuſ ipſe conſtituitur, & temporis ad quod emittit, & quantitas pensionis que ſoluenda eſt; atque alii communib⁹ ratioib⁹ cognoscendi in quacumque emi- p̄tione, & venditione, iuſtum pretoſ censuſ, de quibus egimus in p̄t. cap. 16. ſcet. 2.

Si queras, an idem pretoſ debeat eſſe redemptioſ censuſ quod fuit empionis? Respondetur affirmatiue, quia, vt habitum eſt num. 293, vna ex conditionib⁹ requiſitis ad licitam venditionem cum pacto retrovendendi, eſt, vt emp̄tori a venditore idem pretoſ ac dedit reddatur. Idem etiam dicendum eſt, ſi alius quam venditor eundem censuſ redimat, niſi interuenient aliquæ iuſtæ cauſe minu- endi pretoſ, eadem ratione qua expofitum eſt in ſequenti num. 313, de redemptione debitorum. Nam redemptio censuſ ratione quandam habet empionis debiti; quam non impedit quod iuſtum ipius censuſ pretoſ ſit à lege taxatum: quoniam talis taxatio tantum eſt refectu eius qui censuſ de nouo conſtitutum emittit, & refectu venditoris eundem redimentis, non autem refectu tertij, iam vendi- tum ementis, tanquam alienum debitum.

P O R R O circa prius documentum aduentendum eſt, ipſum non procedere quod censuſ conſtitutum ad certum annorum numerum. Is enim illicitus videtur ſi emittat mi- nori pretoſ quam ſit tota penſio. um collectio, niſi adiſt lu- crum ceſſans, aut danno ethergens, vel periculum, ſue diſſiſculter recuperadi, ſiuſ faciliter amittendi ſolutionem, vel aliquid ceterorū, propter quæ minus pretoſ iuſte dari po- ſſe habitum eſt in p̄cedenti cap. 16. ſcet. 2. ita ut non debeat plus deſcendi in pretoſ, quā potest ex aliquo tali capite iuſte deſcendat, atque deſcenſus ipſe deſcendens eſt in pacto / ex- primēdo nimirū, quod in pretoſ alias iuſto ea de cauſa deſcenſatur) vt & partium censuſ apparet, & abſit vſu ſu- ſpicio. Quod vero aliter quam dicimus nequeat censuſ iſte celebri, hinc ſatis patet, quia ſi ius decem aureos percipi- endi quotannis vſque ad decem annos, licet emeretur no- naginga aureis, licetum etiā eſſe mutuum, quo num nona- giata aurei acciperentur, vt in fine decennij centum ſimil reſtituantur. At conſequens eſt falſum, quia in tali contracu- cernit vſura maniſta: ergo & antecedens. Conſimilatur, quia parum, aut nihil diſerunt accipere centum per partes, & accipere ſimul, vt ex eo patet, quod ſi accepta eſſent in- iuſte, ad parem reſtitutionem obligares, ſue quis hoc, ſue illo modo accepitſet.

Atque hoc ipſum quod dicitur de iuſto pretoſ censuſ ad certum tempus; locum habet etiam in censu reali per- petuo, ſeu qui ad hæredes venditoris tranſit cum defuncti hæreditate. Quia in re talis censuſ diſſertat censu reali per- petuo, cuius pretoſ de ſe potest minus eſſe quantitate penſionum omnium percipiendarum, iuxta prius documen- tum ante traditum. Talis vero diſſerentia ratio eſt, quia in eiuſmodi censu reali, immediate emittit debitum per- ſonale, ad pensiones in futurum foluendarum; quod ſane debi- tum in valore æquatur quantitatē penſionum. Maniſtam eſt enim debitum quo oneror ratione talis contractus; ne- que maius eſſe, neque minus ea ſumma quam deboſ foluere, vt me liberem ciuſmodi onere, talisque ſumma non eſt alia quam omnium penſionum foluendarum. In censu reali au- tem emittit pars iuriſ in re, id eoque penſiones non emun- tur, niſi dependerint ab eadem re, in cuius ſunt potentia, & cum qua ſic exponuntur pericula, vt iſla deſinente eſſe, vel fructifera eſſe, illa quoque deſinat, nec amplius exige po- ſſint. Quia de cauſa censentur de ſe minus valere, ita ut neceſſe non eſt earum pretoſ æquari quantitatē ipſarum poſi- tum in actu.

Si obicias, antedictas etiam penſiones perſonales, expo- ſitas eſſe pari periculo ratione perſonarum in quibus conſi- tutus eſt censuſ, q̄li omnino pereat, aut non ſint foluendo, peribit & ipſe censuſ. Respondetur quia in censu reali per-

culum

cum amittendi pensiones, imminent ex ipsorum statu, quo tantum sunt in rerum potentia, merito iudicari de se minus valere quam positas in actu. In illo autem census personali de quo loquimur, periculum totum pendet ex personis, ex quibus non pendet valor pensionum solvendarum, quae debentur tanquam fructus positi in actu. Cuius generis periculum non facere pensiones ipsas minus valere, quam sit tota earum quantitas percipienda, ex eo patet, quod aliqui possint in mutuo accipi aliquid ultra sortem, quandoque mutui debitum pendent a mutuatarij, & bonorum ipsius incolumente exposita passim pericolo. Adeoque vltura subinde esset licita: quod dici nullo modo potest. Negandum tamen non est, quin ut in aliis censibus, ita & in hoc ratione verisimilis periculi non recipiendi pensiones, aut non nisi cum difficultate, vel expensis recipiendi, aliique de causis, minui possit pretium quo talis census emendatur. Immo vero, non nisi cum talium consideratione, tale pretium videtur seruata iustitia & equitate, determinari possit.

D E C E N S V constituto ad tempus incertum (qui vitalius ideo dicitur, quod ad vitam sive euentus, sive venditum, sive etiam alterius soleat esse) superest monendum iuxta plenius tradita per Medina in Cod. De acquisitis per vlturam quæst. 14. pretium ipsius censeri iustum, quando pensionibus percipiendis est proportionatum, iuxta spem quam datur quod census ipse plus, vel minus durabit attentis circumstantis. Nihil refert vero, quod forte percipiantur pensiones plures, quam fuerit quantitas pretij, cuius cum pauciores quoque percipi potuerint, par est periculum pro vtrisque contraheantur. Ita præter Medianam aperte sentiunt Soto in 6. De iust. & iure quæst. 5. art. 2. in fine, pluresque alii quos refert & sequitur Molina in memorato tract. 2. dispens. 388. & passim recentiores. Probatur vero, quia iniuritia non committitur vbi æqualitas seruat, prout sit in proposito; vbi illi qui plus accipit, fuit in pari periculo minus accipiendo; sique minus accipit, alterum iniurit, minime arguitur. Accedit quod census vitalius, sit quædam res communis iudicio estimabilis certo pretio, quod fere semper minus, quam pensiones iheratæ statutur, ex nomine; quod nemo alioqui vellet illum emere, ob maiorem commoditatem pecunia præsentis, quam in futurum expectat cum multis periculis. Atque de censu ad proximam sufficienter haec tenus. Si quæ alia addenda viderentur; vel ex illis factis intellegi possint, vel in praxi sunt adeo periculosa, vt dissidentur debeat, vel adeo insolita; quod securior & facilior sit vius aliorum, & maxime eorum, bona ex parte, de quibus dictum est haec tenus.

C A P V T XXXIII.

D e c a m b i o t u m i n g e n e r e ; t u m i n p a r t i c u l a r i d e s i c c o , & d e m i n u t o .

S V M M A R I V M .

- 438 Triplex permutation, & quæ cambij nomine significetur.
 439 Quid sit cambium sicutum, seu sicutum; quidque verum seu reale, & eiusdem pars diuinito.
 440 Cambium non esse ex natura sua illicitum.
 441 De lucro quod in eopote est licite accipi.
 442 Cambium sicutum illicitum est ex natura rei.
 443 Modis quibus tale cambium contingit.
 444 Vnde iustificetur acceperio lucri ex cambio minuto.
 445 Quatenus licet hominibus priuatis ex eo ipso cambio lucrum facere.
 446 Lictum sicut lucrum quod camporfa. it dando premium iustum pro moneta qua non currit.
 447 Quando licet campori pecuniam in maiori valore computare, quam taxata sit: & quando non licet.
 448 Id negat Medina: cere ex nomine & quod moneta sit melioris materie: sed contrarium videatur cum aliis tenendum.
 449 Solita rationis Medine.
 450 Quando licet economo per cambium pecunie sibi à domino committit, facere lucrum.

Valerij Par. III. Tom. 2.

Q V A S T I O V .

Quia, & quotuplex sit cambium.

C A M B I U M est lucrosa permutatio pecunia, pro pecunia. Vbi adiutare triplicem est permutationem, ynam rei pro re, vt olei pro frumento, vel vino: quæ proprio nomine carens retinet generale nomē permutationis: alteram rei pro pecunia, quæ emptio, & venditio dicitur: & tertiam numismatis pro numismate, hæc: dicitur cambium: quod duplex est, vnū gratitū seu liberale, quo quis gratis mutat numismata pro numismate, de quo non est in praesentia sermo: alterum lucrosum, quale exercent in Repub. illi qui vocantur campores, ex officio permutantes pecunias pro pecunia, vt lucrum accipiant: istudque est de quo agitur hoc loco. Et diuiditur à Nauar. in septem species, ut videtur est in Enchir. cap. 17. num 283. litera B, sed commodius diuidi potest primo in sicutum, & verum seu reale.

A C F I C T U M, quod etiam dicitur sicutum, tanquam carens suco ad fructificandum, est cambium nominetens, re ipsa vero mutuum velatum nomine, & specie cambij: cum non sit aliud, quæ pecunia permutatio secundum tempus simpliciter: seu pecunia praesentis pro futura, ita tempori mora sit tota causa propter quæ lucrum in eo accipiatur. Cambium autem verum seu reale, est in quo sit vera permutatio pecunia pro pecunia, & distinguitur. Primo, in simplex & mixtum. Simplex est, ex Molina in Cod. De acquisitis per vlturam quæst. 5. permutatione pecunia pro alia pecunia dissimili statim tradenda, cui non est admixtus aliis contractus, nec diuerstas alia, quam numismatum que permutatur. Mixtum vero, est in quo alia, quam numismatum diuerstas concurrit: ratione cuius admiscetur ei aliis contractus, maxime auctem venditio, locatio, & asecuratio.

Secundo, idem reale distinguuntur in minutum & locale: minutum, quod & manuense dicunt, est permutatione pecunia praesentis cum praesenti, aut quo maiores pecunia pro minoribus, vel contra, permuntantur: vt aurea pro argenteis vel æreis: fractæ, arrasæ, dubij valoris, in paucis prouinciis recipienda, minoris ponderis, in parioris, ac imperfectioris materie, & omnino deterioris permutatione pro melioribus. Locale autem cambium est permutatione pecunia praesentis pro absentia, secundum locum: seu quod sit ex uno loco in alium. Ipsumque est triplicis generis: primum quando hic do alibi recepturus: secundum, quando hic recipio, alibi redditurus: tertium quando ego permuto pecuniam quam hic habeo cum ea quam alibi habes. Quanquam autem illud quod est primi generis, ad sicutum reducere videantur Angelus vltura 1. §. 54. Tabiena vltura 15. §. 3. & Sylva vltura 4. quæst. 9. potius tamen cum Soto in sexto de iust. & iure q. 10. art. 1. reducendum esse ad locale patet: quia sicut in secundo genere camporfa subit onus transferendi pecunias ex loco vbi eas accipit, ad locum vbi eadem est soluturas: sic in illo subit onus eas aduehendi ad locum vbi ipsas dat, vt petentibus cambia, habeat ibi paratas.

Q V A S T I O VI .

An cambium sit licitum.

NO n esse ex natura sua illicitum, patet: quia quod est in Repub. necessarium, & consentaneum est aliqua honesta ratione exerceri posse aliqui enim hominum generi & cōiunctui non est sufficienter prouisum. At cambium est in Repub. necessarium, vt constat tum ex diuerso valore numismati, sive eiusdem sive diuersæ speciei, & materie, in diuerso loco, & tempore; tum ex varia hominum indigentia, tam in eodem, quam in diuerso loco; tum ex commoditate & securitate pecuniam transferendi ex uno loco in aliud. Accedit quod ars cambiandi eadem ratione, qua mercatura, sit approbanda; utraque enim per ratione occupatur in mercibus: nam eti primarius vltus ad quem inueniuntur sunt pecuniae, sit vt rerum venialium est. nt mensura: quia tamen ex constanti vt certa materia, figura & signo publico; aliquando sunt meliores, aliquando deteriores, aliquando absunt, aliquando praesentes sunt, aliquando abundant, aliquando deficiunt, aliquando oportet eas transferre, aliquando aliunde.

Pp 2 aduehere